



Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1682

12. Dies Octob. Non refert quàm multos, sed quàm bonos habeas libros?
Seneca Epist. 49. ad su.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](#)

810

Christiani Militis

OCTOB.

tibi provideas; memento Divinæ Justitiae, ut timeas;
memento Divinæ Bonitatis, ut gratias agas: sed lu-
per omnia memento, quod erit post omnia, extremi
Judicii. Aurem vellicat Poëta:

Judicis in lite, est vox per brevevis, Ite, Venite.

12. DIES OCTOB.

Non refert quām multos, sed quām bonos habes
libros? *Seneca Epist. 49. ad su.*

Lectio li- I.
brorum,

Progatus, quāniam esset optimā-
plentiæ schola? Respondit; Me-
moria. Hæc porrò ut habeat co-
piosam illustrium rerum in suo promptuario scep-
tilem, opus est assiduâ selectissimorum librorum
lectione. In qua tamen, quod monet tessera, illud
observandum, ut non tam habeas, quos evolvas
multos quām bonos libros. Fuit hoc utilissimum
Petri Blessensis, quod Regi Anglorum Henrici I.
suggessit consilium. (a) Scitis quod totius prudentia
compendium in literis continetur. Si resp. regenda
est, si prælia committenda, si castra metanda, si machi-
nae erigenda, si renovandi aggeres, si propugnacula fa-
cienda! denique si quies libertatis, si iustitia cultus, si re-
verentia legum, si finitimarum gentium amicitia sunt
facienda; libri hæc omnia erudiunt ad perfectum. Place-
oculis conspicuas proponam amplissimas quæ in li-
bris latent divitias, & thesauros? Si quid apud vete-
res, recentesque Scriptores subtiliter dictum, quid
sententiosè prolatum, symbolis & apologiis involu-
tum, si quid ab oraculis responsum, à Principibus e-
dictum,

(a) *Epist. 47. ad Henric.*

Octob.
timeas
: sed in-
extrem
e.
s habens
andimus
Optima-
t; Ma-
beat co-
opelle-
brorum
, illud
evolvas
sum
ricoll.
identia
egenda
mach-
ula fa-
, sive
ria sunt
Placet
e in li-
d vere-
, quid
nvolu-
ibus e-
ctum,

Octob.
dicatum, à plebe scitum, à legum latoribus statutum,

Tessera.

811

à sapientibus pronuntiatum, à sacrorum procurato-
ribus sanctum, illa omnia in unum congesta cumu-
lum, libri tuis lectoribus objiciunt. Quisquamne
unquam miles, vel Imperator, partâ victoriâ, tot re-
perit prædas, quot lector in libris gazas?

II. Multos allicit curiositas, plurimos voluptas,
ad videnda castra, depositas jam ad confictum a-
cies, naufragorum tabulas, theatralia spectacula :
has omnes voluptates legendu potes assequi. Po-
testne singi aliiquid delectabilius, quam sedentem in
Bibliotheca, & immotum, universum orbem nihilo-
minus peragrate, quidquid est uspiam præclarum,
& excellens metiri, oculis inspicere, replicare om-
nium retrò seculorum memoriam, Regnorum or-
tus, progressiones, inclinationesque tanquam è spe-
cula contemplari? Videre naufragia sine metu;
spectare bella, sine periculo; rimari terræ viscera, si-
ne fatigione; Principum ædes ingredi, sine repul-
sa, subire Templorum sacraria, sine sacrilegio: in-
teresse sapientum consiliis: è Stoa transire in Acade-
miam, ex Academia in Lyceum: Zénone, Socra-
te, Platone, Aristotle, Epicteto, Seneca, Theo-
phrasto, uti familiarissime, eosque sibi habere non
modò familiares, sed quasi contubernales: ut nem-
ini horum tecum colloqui non vacet, cum volueris;
nemo venientem ad te, non doctorem, beatiorem-
que dimittat: nemo quenquam vacuis à semanibus
abire patiatur. Quid enim aliud illi, si tecum loque-
tentur, dicent, quam olim scripserunt? quam quæ
suggererunt in suis libris? quid aliud tibi comen-
darent, quam illa quæ scriptis, cum viverent com-
mendarunt?

III. Par.

III. Parvane hæc tibi videtur delectatio? maiorē poscis? Quid jucundius, quām circumsumbbris deliberare, quidquid est in Grammaticis accuratum, in Epicis amœnum, in Tragœdia lugubrī in comœdiis festivum, in lyricis exultum, in Satyra falsum, in epigrammate acutum, in fabula ingeniosum, in panegyri elegans, in Historia varium, in Philosophia reconditum, in Medicina necessarium, in Juris scientia utile, in Mathematicis curiosum, in Théologia Divinum. Nec his contentum voluptibus, ebibere plenis faucibus, & perfundi toto pectori, D. Ambrosii ambrosia, Bernardi nardo, succo Hieronymi, medullâ Tertulliani, Eucherii melle, Augustini acidulâ suavitate, Chrysostomi aureis imbris, Cypriani, Basiliī, Gregorii, & aliorum Ecclesiæ Procerum delitiis? Debet profectò magna de in libris voluptas, ubi tanta fuit in plurimis legendi cupiditas. Romani quidem ita constantes fuerunt, ut cùm illis crura searentur, aut ferrum in varias corporis partes desæviret, librum legerint, ne tempora jacturam viderentur tunc facere: putasque nihil eis negotii cum Chirurgo esse. Ita legendi volupitate, doloris acerbitatem temperabant. Magna profectò jucunditas, quæ ita tollit doloris sensum, ut sensu carere, qui patitur, videatur. Ferdinandus II, nulli virtute secundus, tot districtus negotis, ut potè cui uni totius Imperii, tot bellorum undique hostibus agitati moles incumbebat, qui perpetuò velut è specula custos, omnibus impendentibus periculis debebat perspicere, qui gubernator in puppi, inter tot turbulentas tempestates indefessâ manu clavum Germaniae tenebat, is tamen inter tot occasio-

pationes sex justos Surii tomos, quibus omnium sanctorum tēs p̄æclarē gestas fusissimē complexus est, sexies evolvit, p̄æter alios complures libros; dicebatque se malle vivendi, quām legendi facultate carere. Tibi ergō fuerim auctor, ut multos evolvas Auctores, & hoc tibi sit cordi.

Librosscruteris, quamvis opulentus haberis.

13. DIES OCTOB.

Historia est cōglobata quædam, & coacervata Sapientia; Hominumque mulotorum mens in unum cōglobata. *S. Gregorius Nazianz. Epist. ad Nicobul.*

Historia. I.
tum uti-
litas.

Non satis ad utilitatem refe-
randum, ut legas, necesse est
legendō feligas. Inter illa
p̄äferenda est omnibus af-
fidua historiarum voluntatio. Causam accipias ex S.
Gregorio, qui nobis hodiernæ est auctor Tesserae.
Quid inter omnia quæ cadunt sub votum hominis,
fingi prop̄è optabiliū potest, quām in omni rerum
eventu, semper fortunato gaudere successu: in quo-
vis negotio, vel sibi cum laude, vel alteri cum fructu
consulere? posse se, vel alios p̄äsentissimo eripere
periculo; posse ad quævis quæ p̄äponuntur dubia,
appositè, prudenterque respondere, posse levi nego-
tio, aliorum refellere dicta? denique seu quid agat,
seu quid dicat, audiatur cum plausu, fiat cum fructu.
Hæc omnia nancisceris volvendo historias. Quia
dum legendō per variis libros, oculis & animo va-
garis, potes inde velut in unum cumulum coacer-
vare omnium æstatum, ac hominum doctissima
respon-